

Mox - Diverberat ense
= Pind. Th. 4984.
territat ense rudente
= Pind. 492
P. v. W.

Tunc princeps, sublimis equo, volat agmina circum,
Mortaturque duces, gnimos in praelia firmat^[a].
Mox ipse in medio^[b] audax^[b] se proripit hostes,
Oppositasque acies stricto diverberat ense;
Percutit hic cunctos, et territat ense cuncto^[c].
Illic multorum sternuntur utrinque virorum
Corpora per carpos^[d] et sanguine prata rigantur.

In tanto itaque bello et tam duro, equis omnibus a praefatis, interfectis peditibus,
et cunctis fere captis militibus, cum paucis Imperator evasit^[d].

Pax in Ecclesia reformata.

CAP. LXXXI.

Anno Domini MCLXXVII, in mense Julii, apud Venetias dictus imperator, abjurato
schismate, ad pedes domini Alexandri^[A] procidens^[e], cum eo, Deo largiente, pa-
cem reformavit plenariam, atque in ejus potestatem praefatum Iohannem haeresiar-
cham cum suis reliquis sequacibus. Praedicti^[f] siquidem imperatoris nuncii maximam
in Lombardia^[g] et tota Italia^[g] exercebant ultra modum dominationem, quibus soli
Mediolanenses resistere ausi sunt^[g]; quorum vineas et segetes dominus imperator
cum civitatibus Italiae per quinquennium penitus devastavit; ad cujus domini servi-
cium Faventini⁽⁷⁰⁾ iverunt multoties, militantes sub Ubaldo de Seniozello eorum po-
testate^[h].

Quando castrum Mutiliani fuit destructum.

CAP. LXXXII.

Anno Divinae incarnationis MCLXXVIII, cum de voluntate et mandato comitis Gui-
donis Guerrae Mutilianenses habitarent castrum Mutiliani, quod dicebatur castrum
Plani de Monte, idem comes cunctis habitatoribus praecepit, ut castro destructo se
ad arcem conferrent^[i]. Porro Mutilianenses, videntes castri destructionem, magnam
comitis et totius comitatus futuram ruinam, statuerunt magis ejus^[j] incurrere^[j]
ingratitude^[k], quam sic pravae suae^[l] satisfacere voluntati. Quare comes, ira

[a] in praelia firmat, C. V., in praelia firma, C. M. — [b] in medios audax. Sic lego. In medio
audax, Codd. M. et V. — [c] ense cruento, Sic lego cum C. V. In C. M., ense cluento. Saepe enim in
hoc codice, in vocibus quibusdam, pro litera r. consuevit adhiberi litera l. — [d] Imperator evasit. Sic
lego. Evaserat, C. V. evaserit, C. M. — [e] procidens, C. M.; procedens, C. V. — [f] in Lombardia et
tota Italia, C. V.; in Lombardiam et tota Italia, C. M. — [g] resistere ausi sunt. In Codd. deest ausi
sunt vel quid simile; vel legendum est restitire. — [h] sub Ubaldo de Seniozello eorum potestate, C. M.
— [i] ad arcem se conferrent. Sic lego C. M.; ad arcem conferant, C. V. — [j] magis ejus incurrere,
C. M.; magis ei incurrere, C. V. — [k] ingratitude. Sic Codd.; indignationem, legendum putat Cl.
Mitt. — [l] pravae suae. Sic legit Cl. Mitt.; praedictae suae, C. V.

[A] Alexandri, scilicet III, papae.

V cap.
(capitane)